

# 主の御降誕の朝課

## MATUTINUM

### IN NATIVITATE DOMINI



2012年12月25日(火) 午後6時30分  
聖心女子大学大聖堂

主催：聖母兄弟団 フォンス・フローリス古楽院

## Incipit

- 立** V. Domine labia mea aperies.  
R. Et os meum annuntiabit laudem tuam.  
V. Deus in adiutorium meum intende.  
R. Domine, ad adiuvandam me festina.
- 礼** V. Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.  
**起** R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
\* et in saecula saeculorum. Amen. Alleluia.

### Invitatorium

Ant. Christus natus est nobis:  
Venite adoremus.

#### [Psalmus 94]

Venite, exultemus Domino,  
iubilemus Deo, salutari nostro:  
praeoccupemus faciem eius in confessione,  
et in psalmis iubilemus ei.  
Ant. Christus natus est nobis:  
Venite adoremus.

Quoniam Deus magnus Dominus,  
et Rex magnus super omnes deos,  
quoniam non repellet Dominus plebem suam:  
quia in manu eius sunt omnes fines terrae,  
et altitudines montium ipse conspicit.  
Ant. Venite adoremus.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud,  
et aridam fundaverunt manus eius  
**跪** venite, adoremus, et procidamus ante Deum:  
**起** ploremus coram Domino, qui fecit nos,  
quia ipse est Dominus, Deus noster;  
nos autem populus eius, et oves pascuae eius.  
Ant. Christus natus est nobis:  
Venite adoremus.

- 礼** Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.  
**起** Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in  
saecula saeculorum. Amen.  
Ant. Venite adoremus.  
Christus natus est nobis:  
Venite adoremus.

## 導入部

主よ、私の唇を開いてください。  
私の口があなたの賛美を告げることができますように  
神よ、私を助けに来てください。  
主よ、私を助けに急ぎ来てください。  
栄光は父と子と聖霊に。  
始めのように、今もいつも、  
世々に。アーメン。アレルヤ。

### インヴィタトリウム（招詞）

(アンティフォナ) キリストが私たちのためにお生まれ  
になった。来なさい、拝みましょう。

#### 詩編第 95 編

来なさい、主に向かって喜び歌おう。  
救いの岩に向かって喜びの叫びをあげよう。  
御前に進み、感謝をささげ  
詩の調べで喜びの叫びをあげよう。  
(アンティフォナ) キリストが私たちのためにお生まれ  
になった。来なさい、拝みましょう。

なぜなら主は大いなる神  
すべての神を超えて大いなる王。  
主はその民を追いやられない  
なぜなら深い地の底も御手の内にあり  
山々の頂も主のもの。  
(アンティフォナ) 来なさい、拝みましょう。

なぜなら海も主のもの、それを造られたのは主。  
陸もまた、御手によって形づくられた。  
来なさい、共にひれ伏し、伏し拝もう。  
私たちが造られた方、主の御前にひざまずこう。  
なぜならこの方こそ、主、私たちの神、  
私たちは主の民、主に養われる群れ  
(アンティフォナ) キリストが私たちのためにお生まれ  
になった。来なさい、拝みましょう。

栄光は父と子と聖霊に  
始めのように  
今もいつも世々に。アーメン。  
(アンティフォナ) 来なさい、拝みましょう。  
キリストが私たちのためにお生まれになった。  
来なさい、拝みましょう。

Hymnus *Guillaume Dufay*

賛歌 (偶数節: ギヨーム・デュファイ)

1.

Iesu Redemptor omnium,  
Quem lucis ante originem  
Parem paternae gloriae  
Pater supremus edidit.

万人の贖い主であるイエス  
光の創造よりも前に  
父の栄光に等しく  
至高の御父が生み出された方

2.

Tu lumen, et splendor Patris,  
Tu spes perennis omnium,  
Intende quas fundunt preces  
Tui per orbem famuli.

あなたこそ光、あなたこそ御父の輝き  
あなたこそすべての者の永遠の希望  
全世界であなたのしもべが願う  
祈りを聞き入れてください

3.

Memento, rerum Conditor,  
Nostri quod olim corporis,  
Sacrata ab alvo Virginis  
Nascendo, formam sumpseris.

心に留めてください、万物の創造主よ  
かつて私たちと同じ肉体の形を  
汚れのないおとめの胎より  
お生まれになって、取られたことを

4.

Hic presens testatur dies,  
Currrens per anni circulum,  
Quod solus e sede Patris  
Mundi salus adveneris.

今日この日が巡る年ごとに  
証しするのは  
御父の座よりただ一人  
世の救いのために来られたこと

5.

Hunc astra, tellus, aequora,  
Hunc omne quod coelo subest,  
Salutis Auctorem novae  
Novo salutatur cantico.

星辰、大地、海原  
天の下にあるすべてのものは  
新たな救いの創造者を  
新しい歌で出迎える

6.

Nos, quoque qui sancto tuo  
Redempti sanguine sumus  
Ob diem Natalis tui  
Hymnum novum concinimus.

私たちも同じようにあなたの聖なる  
御血で贖われた者として  
この御降誕の日に  
新しい賛歌を歌う

7.

**礼** Iesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spiritu,  
In sempiterna saecula.

イエスよ、あなたに栄光  
おとめよりお生まれになった方、  
父と養い主である聖霊と共に  
世々永遠に  
アーメン。

**起** Amen.

## In I. Nocturno

## 第一夜課

Ant. Dominus dixit \* ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te

[Psalmus 2]

1 Quare fremuerunt Gentes: **座** \* et populi meditati sunt inania?

2 Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum

\* adversus Dominum, et adversus Christum eius.

3 Dirumpamus vincula eorum: \* et proiciamus a nobis iugum ipsorum.

4 Qui habitat in caelis, irridebit eos: \* et Dominus subsannabit eos.

5 Tunc loquetur ad eos in ira sua, \* et in furore suo conturbabit eos.

6 Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, \* praedicans praeceptum eius.

7 Dominus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hodie genui te.

8 Postula a me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam, \* et possessionem tuam terminos terrae.

9 Reges eos in virga ferrea, \* et tamquam vas figuli confringes eos.

10 Et nunc, reges, intelligite: \* erudimini, qui iudicatis terram.

11 Servite Domino in timore: \* et exsultate ei cum tremore.

12 Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, \* et pereatis de via iusta.

13 Cum exarserit in brevi ira eius:

**立** \* beati omnes qui confidunt in eo.

**礼** 14 Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.

**起** 15 Sicut erat in principio, et nunc, et semper,

**座** \* et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Dominus dixit \* ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te

Ant. Tamquam sponsus \* Dominus procedens de thalamo suo

[Psalmus 18]

1 Caeli enarrant gloriam Dei: \* et opera manuum eius annuntiat firmamentum.

(アンティフォナ) 主は私に告げられた。「お前は私の子 今日、私はお前を生んだ

詩編第 2 編

なにゆえ、国々は騒ぎ立ち 人々はむなしく声をあげるのか。

なにゆえ、地上の王は構え、支配者は結束して主に逆らい、

主の油注がれた方に逆らうのか

「我らは、枷をはずし 縄を切って投げ捨てよう」と。

天を王座とする方は笑い

主は彼らを嘲り

憤って、恐怖に落とし 怒って、彼らに宣言される。

「聖なる山シオンで 私は自ら、王を即位させた。」

主の定められたところに従って

私は述べよう。

主は私に告げられた。「お前は私の子 今日、私はお前を生んだ。

求めよ。私は国々をお前の嗣業とし 地の果てまで、お前の領土とする。

お前は鉄の杖で彼らを打ち 陶工が器を砕くように砕く。」

すべての王よ、今や目覚めよ。地を治める者よ、論しを受けよ。

畏れ敬って、主に仕え

おののきつつ、喜び躍れ。

子に口づけせよ 主の憤りを招き、道を失うことのないように。

主の怒りはまたたくまに燃え上がる。いかに幸いなことか 主を避けどころとする人はすべて。

栄光は父と子と聖霊に

始めのように 今もいつも

世々に。アーメン。

(アンティフォナ) 主は私に告げられた。「お前は私の子 今日、私はお前を生んだ

(アンティフォナ) 主は天蓋から出る花婿のよう

詩編第 19 編

天は神の栄光を物語り 大空は御手の業を示す。

2 Dies diei eructat verbum, \* et nox nocti indicat scientiam.

3 Non sunt loquelaе, neque sermones, \* quorum non audiantur voces eorum.

4 In omnem terram exivit sonus eorum: \* et in fines orbis terrae verba eorum.

5 In sole posuit tabernaculum suum: \* et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

6 Exsultavit ut gigas ad currendam viam,  
\* a summo caelo egressio eius:

7 Et occursus eius usque ad summum eius:  
\* nec est qui se abscondat a calore eius.

8 Lex Domini immaculata, convertens animas:

**立** \*testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis.

**礼** 17 Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.

**起** 18. Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
**座** \* et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Tamquam sponsus \* Dominus procedens de thalamo suo

Ant. Diffusa est \* gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum

[Psalmus 44]

1 Eructavit cor meum verbum bonum: \* dico ego opera mea Regi.

2 Lingua mea calamus scribae: \* velociter scribentis.

3 Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: \* propterea benedixit te Deus in aeternum.

4 Accingere gladio tuo super femur tuum,  
\* potentissime.

11 Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato:  
\* circumdata varietate.

12 Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: \* et obliviscere populum tuum et domum patris tui.

13 Et concupiscet Rex decorem tuum: \* quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

14 Et filiae Tyri in muneribus \* vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

15 Omnis gloria eius filiae Regis ab intus,  
\* in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

16 Adducentur Regi virgines post eam:

昼は昼に語り伝え 夜は夜に知識を送る。

話すことも、語ることもなく 声は聞こえなくても

その響きは全地に その言葉は世界の果てに向かう。

そこに、神は太陽の幕屋を設けられた。太陽は、花婿が天蓋から出るように

勇士が喜び勇んで道を走るように 天の果てを出で立ち

天の果てを目指して行く。

その熱から隠れうるものはない。

主の律法は完全で、魂を生き返らせ

主の定めは真実で、無知な人に知恵を与える。

栄光は父と子と聖霊に

始めのように 今もいつも

世々に。アーメン。

(アンティフォナ) 主は天蓋から出る花婿のよう

(アンティフォナ) あなたの唇は優雅に語り、それゆえ神はあなたをとこしえに祝福される

### 詩編第 45 編

心に湧き出る美しい言葉 私の作る詩を、王の前で歌おう。

私の舌を速やかに物書く人の筆として

あなたは人の子らのだれよりも美しく あなたの唇は優雅に語り それゆえ神はあなたをとこしえに祝福される。

腰に剣を帯びよ、勇士よ。

諸国の王女、あなたがめでる女たちの中から 金で身を飾った王妃が あなたの右に立てられる。

「娘よ、聞け。耳を傾けて聞き、そしてよく見よ。あなたの民とあなたの父の家を忘れよ。

王はあなたの美しさを慕う。王はあなたの主。彼の前にひれ伏すがよい。

ティルススの娘よ、民の豪族は贈り物を携え あなたが顔を向けるのを待っている。」

王妃は栄光に輝き、進み入る。晴れ着は金糸の織り色糸の縫い取り。

彼女は王のもとに導かれて行く おとめらを伴い、

\* proxima eius afferentur tibi.

17 Afferentur in laetitia et exultatione:

\* adducentur in templum Regis.

18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: \* constitues eos principes super omnem terram.

19 Memores erunt nominis tui: \* in omni generatione et generationem.

20 Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum: **立**\* et in saeculum saeculi.

**礼** 21 Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.

**起** 22 Sicut erat in principio, et nunc, et semper,

**座** \* et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Diffusa est \* gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum

**立** V. Tamquam sponsus.

R. Dominus procedens de thalamo suo.

Pater noster,

<qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris:>

V. Et ne nos inducas in tentationem:

R. Sed libera nos a malo.

Exaudi, Domine Iesu Christe, preces servorum tuorum, et miserere nobis: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

**座** Iube Domine, benedicere.

Benedictione perpetua benedicat nos Pater aeternus. Amen.

## Lectio 1

Primo tempore alleviata est terra Zabulon et terra Nephthali: et novissimo aggravata est via maris trans Iordanem Galilaeae gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis.

Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum

多くの侍女を従えて。

彼女らは喜び躍りながら導かれて行き

王の宮殿に進み入る。

あなたには父祖を継ぐ子らが生まれ あなたは彼らを立ててこの地の君とする。

私はあなたの名を

代々に語り伝えよう。

諸国の民は世々限りなく

あなたに感謝をささげるであろう。

栄光は父と子と聖霊に

始めのように今もいつも

世々に。アーメン。

(アンティフォナ) あなたの唇は優雅に語り、それゆえ神はあなたをとこしえに祝福される

花婿のように

主は天蓋から出る

天におられる私たちの父よ、

<以下「主の祈り」を沈黙のうちに唱える:

み名が聖とされますように。み国が来ますように。みこころが天に行われるとおりに地にも行われますように。私たちの日ごとの糧を今日もお与えください。私たちの罪をおゆるしてください。私たちが人をゆるします。>

私たちが誘惑におちいらせず

悪からお救いください。

聞き入れてください、主イエス・キリスト、しもべらの祈りを。そして私たちをあわれんでください。父と聖霊とともに世々に生き、支配しておられる御方よ。

主よ、祝福をお与えください。

永遠の父が永遠の祝福によって、私たちに祝してくださいますように。アーメン。

## 第1朗読 (イザヤ書9章)

先にゼブルンの地、ナフタリの地は辱めを受けたが、後には、海沿いの道、ヨルダン川のかなた、異邦人のガリラヤは、栄光を受ける。闇の中を歩む民は、大いなる光を見、死の陰の地に住む者の上に、光が輝いた。

ひとりのみどりごが私たちのために生まれた。

ひとりの男の子が私たちに与えられた。

eius: et vocabitur nomen eius, Admirabilis,  
Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri saeculi,  
Princeps pacis.  
V. Tu autem Domine miserere nobis.  
R. Deo gratias.

### Responsorium 1.

Hodie nobis caelorum Rex de Virgine nasci  
dignatus est, ut hominem perditum ad coelestia  
regna revocaret.\* Gaudet exercitus Angelorum:  
quia salus aeterna humano generi apparuit.  
V. Gloria in excelsis Deo, et in terra pax  
hominibus bonae voluntatis. R. Gaudet exercitus  
Angelorum: quia salus aeterna humano generi  
apparuit.

Iube Domine, benedicere.  
Unigenitus Dei Filius nos benedicere et adiuvari  
dignetur. Amen.

### Lectio 2

Consolamini, consolamini, popule meus, dicit  
Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem, et  
advocate eam, quoniam completa est malitia  
eius, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu  
Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox  
clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas  
facite in solitudine semitas Dei nostri.  
V. Tu autem Domine miserere nobis.  
R. Deo gratias.

### Responsorium 2.

Hodie nobis de coelo pax vera descendit.\* Hodie  
per totum mundum melliflui facti sunt coeli.  
V. Hodie illuxit nobis dies redemptionis novae,  
reparationis antiquae, felicitatis aeternae.  
R. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt  
coeli.

Iube Domine, benedicere  
Spiritus Sancti gratia illuminet sensus et corda  
nostra. Amen.

権威が彼の肩にある。その名は、「驚くべき  
指導者、力ある神、永遠の父、  
平和の君」と唱えられる。  
主よ、私たちがあわれんでください。  
神に感謝。

### レスポンソリウム (応唱) 1

今日私たちに天の王がおとめから生まれてくだ  
さった、失われた人間を天の王国に呼び戻すため  
に。天使たちの軍勢は喜ぶ、永遠の救いが人類に  
現れたのだから。

(節) 天のいと高きところには神に栄光、地には善  
意の人に平和。(リフレイン) 天使たちの軍勢は喜ぶ、  
永遠の救いが人類に現れたのだから。

主よ、祝福をお与えください。  
神の御ひとり子が、私たちが祝し助けしてくださ  
いますよう。アーメン。

### 第2朗読 (イザヤ書 40章)

慰めよ、私の民を慰めよと、あなたたちの神は言  
われる。エルサレムの心に語りかけ、彼女に呼び  
かけよ、苦役の時は今や満ち、彼女の咎は償われ  
た、と。罪のすべてに倍する報いを、主の御手か  
ら受けた、と。呼びかける声がある。主のために、  
荒れ野に道を備え、私たちの神のために、荒れ地  
に広い道を通せ。

主よ、私たちがあわれんでください。  
神に感謝。

### レスポンソリウム (応唱) 2

今日私たちに天から真の平和が降り来たった。今  
日全世界に天の蜜が流れた。

(節) 今日私たちに新しい贖いの日が輝いた、それ  
はいにしえのつくろい、永遠の幸福の日。  
(リフレイン) 今日全世界に天の蜜が流れた。

主よ、祝福をお与えください。  
聖霊の御恵みが、私たちの魂と心を照らしてくだ  
さいますよう。



### Lectio 3

Consurge, consurge, induere fortitudine tua,  
Sion, induere vestimentis gloriae tuae, Ierusalem,  
civitas Sancti, quia non adiiciet ultra ut  
pertranseat per te incircumciscus et immundus.  
Excutere de pulvere, consurge; sede, Ierusalem:  
solve vincula colli tui, captiva filia Sion. Quia  
haec dicit Dominus: Gratis venumdati estis, et  
sine argento redimemini.  
V. Tu autem Domine miserere nobis.  
R. Deo gratias.

### Responsorium 3.

Quem vidistis, pastores? dicite, annuntiate nobis,  
in terris quis apparuit? \* Natum vidimus, et  
choros Angelorum collaudantes Dominum.  
V. Dicite, quidnam vidistis? et annuntiate Christi  
nativitatem.  
R. Natum vidimus, et choros Angelorum  
collaudantes Dominum.

## \*\*休憩 (10分) \*\*

### In II. Nocturno

Ant. Suscepimus \* Deus misericordiam tuam in  
medio templi tui

[Psalmus 47]

1 Magnus Dominus, et laudabilis nimis \* in  
civitate Dei nostri, in monte sancto eius.  
2 Fundatur exultatione universae terrae mons  
Sion, \* latera Aquilonis, civitas Regis magni.  
7 Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini  
virtutum, in civitate Dei nostri: \* Deus fundavit  
eam in aeternum.  
8 Suscepimus, Deus, misericordiam tuam, \* in  
medio templi tui.  
9 Secundum nomen tuum, Deus, sic et laus tua  
in fines terrae: \* iustitia plena est dextera tua.  
10 Laetetur mons Sion, et exsultent filiae Iudae:  
\* propter iudicia tua, Domine.  
11 Circumdate Sion, et complectimini eam:  
\* narrate in turribus eius.

### 第3朗読 (イザヤ書 52章)

奮い立て、奮い立て 力をまとえ、シオンよ。  
輝く衣をまとえ、聖なる都、エルサレムよ。  
無割礼の汚れた者があなたの中に攻め込むことは  
再び起こらない。立ち上がって塵を払え、捕らわれ  
のエルサレム。首の縄目を解け、捕らわれの娘  
シオンよ。主はこう言われる。「ただ同然で売られ  
たあなたたちは銀によらずに買い戻される」と。

主よ、私たちがあわれんでください。  
神に感謝。

### レスポンソリウム (応唱) 3

羊飼いだ、誰を見たのですか、私たちに告げてく  
ださい、地に誰が現れたのか。私たちはお生まれ  
になった方を見ました、そして主を賛美する天使  
たちの群を。(節) 言ってください、何を見たのかを。  
そしてキリストの御降誕を告げ知らせてください。  
(リフレイン) 私たちはお生まれになった方を見まし  
た、そして主を賛美する天使たちの群を。

### 第二夜課

(アンティフォナ) 神よ、神殿にあって私たちは あなたの慈しみを思い描く

#### 詩編第48編

大いなる主、限りなく賛美される主。私たちの神  
の都にある聖なる山は  
高く美しく、全地の喜び。北の果ての山、それは  
シオンの山、力ある王の都。  
聞いていたことをそのまま、私たちは見た 万軍  
の主の都、私たちの神の都で。神はこの都をここ  
しえに固く立てられる。  
神よ、神殿にあって私たちは あなたの慈しみを  
思い描く。  
神よ、賛美は御名と共に地の果てに及ぶ。右の御  
手には正しさが溢れている。  
あなたの裁きのゆえに シオンの山は喜び祝い  
ユダのおとめらは喜び躍る。  
シオンの周りをひと巡りして見よ。塔の数を  
かぞえ



12 Ponite corda vestra in virtute eius:  
\* et distribuite domos eius, ut enarretis in  
progenie altera.  
13 Quoniam hic est Deus, Deus noster in  
aeternum et in saeculum saeculi: 立\* ipse reget  
nos in saecula.

礼 14. Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.  
起 15 Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
座\* et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Suscepimus \* Deus misericordiam tuam in  
medio templi tui

Ant. Orietur \* in diebus Domini abundantia  
pacis, et dominabitur

### [Psalmus 71]

1 Deus, iudicium tuum regi da: \* et iustitiam  
tuam filio regis:  
2 Iudicare populum tuum in iustitia, \* et  
pauperes tuos in iudicio.  
3 Suscipiant montes pacem populo: \* et colles  
iustitiam.  
4 Iudicabit pauperes populi, et salvos faciet filios  
pauperum: \* et humiliabit calumniatorem.  
5 Et permanebit cum sole, et ante lunam, \* in  
generatione et generationem.  
6 Descendet sicut pluvia in vellus: \* et sicut  
stillicidia stillantia super terram.  
7 Orietur in diebus eius iustitia, et abundantia  
pacis: \* donec auferatur luna.  
8 Et dominabitur a mari usque ad mare: \* et  
a flumine usque ad terminos orbis terrarum.  
9 Coram illo procident aethiopes: \* et inimici  
eius terram lingent.  
10 Reges Tharsis, et insulae munera offerent:  
\* reges arabum et Saba dona adducent.  
11 Et adorabunt eum omnes reges terrae:  
\* omnes gentes servient ei:  
12 Quia liberabit pauperem a potente: \* et  
pauperem, cui non erat adiutor.  
17 Sit nomen eius benedictum in saecula: \* ante  
solem permanet nomen eius.  
18 Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae:  
\* omnes gentes magnificabunt eum.  
19 Benedictus Dominus, Deus Israël, \* qui facit

城壁に心に向け、  
城郭に分け入って見よ。  
後の代に語り伝えよ  
この神は世々限りなく私たちの神  
死を越えて、私たちを導いて  
行かれる、と。  
栄光は父と子と聖霊に  
始めのように今もいつも  
世々に。アーメン。  
(アンティフォナ) 神よ、神殿にあって私たちは あなたの慈しみを思い描く

(アンティフォナ) 主の日々は豊かな平和に恵まれ、主  
が支配されますように

### 詩編第 72 編

神よ、あなたによる裁きを、王に あなたによる  
恵みの御業を、王の子に お授けください。  
王が正しくあなたの民の訴えを取り上げ あなたの  
の貧しい人々を裁きますように。  
山々が民に平和をもたらし 丘が恵みをもたらし  
ますように。  
王が民を、この貧しい人々を治め 乏しい人の子  
らを救い 虐げる者を砕きますように。  
王が太陽と共に永らえ 月のある限り、代々に  
永らえますように。  
王が牧場に降る雨となり 地を潤す豊かな雨と  
なりますように。  
主の日々には正義が立ち昇り 月の失われるとき  
までも 豊かな平和に恵まれますように。  
王が海から海まで 大河から地の果てまで、  
支配しますように。  
砂漠に住む者が彼の前に身を屈め  
敵が塵をなめますように。  
タルシシュや島々の王が献げ物を シェバやセバ  
の王が貢ぎ物を納めますように。  
すべての王が彼の前にひれ伏し すべての国が  
彼に仕えますように。  
王が助けを求めて叫ぶ乏しい人を 助けるものも  
ない貧しい人を救いますように。  
王の名がとこしえに続き 太陽のある限り、その  
名が栄えますように。  
国々の民は皆、彼によって祝福を受け 彼を幸い  
な人と呼びますように。  
主なる神をたたえよ イスラエルの神 ただひと

mirabilia solus:

20 Et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum: et replebitur maiestate eius omnis terra: **立**\* fiat, fiat.

**礼** 21 Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.

**起** 22 Sicut erat in principio, et nunc, et semper,

**座** \* et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Orietur \* in diebus Domini abundantia pacis, et dominabitur

Ant. Veritas de terra \* orta est, et iustitia de coelo prospexit

### [Psalmus 84]

1 Benedixisti, Domine, terram tuam: \* avertisti captivitatem Iacob.

2 Remisisti iniquitatem plebis tuae: \* operuisti omnia peccata eorum.

3 Mitigasti omnem iram tuam: \* avertisti ab ira indignationis tuae.

4 Converte nos, Deus, salutaris noster: \* et averte iram tuam a nobis.

11 Misericordia, et veritas obviaverunt sibi: \* iustitia, et pax osculatae sunt.

12 Veritas de terra orta est: \* et iustitia de caelo prospexit.

13 etenim Dominus dabit benignitatem: \* et terra nostra dabit fructum suum.

14 Iustitia ante eum ambulabit: **立**\* et ponet in via gressus suos.

**礼** 15 Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.

**起** 16 Sicut erat in principio, et nunc, et semper,

**座** \* et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Veritas de terra \* orta est, et iustitia de coelo prospexit

**立** V. Speciosus forma prae filiis hominum.

R. Diffusa est gratia in labiis tuis.

Pater noster,

<qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum:

adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris:>

V. Et ne nos inducas in tentationem:

り驚くべき御業を行う方を。

栄光に輝く御名をとこしえにたたえよ

栄光は全地を満たす。

アーメン、アーメン。

栄光は父と子と聖霊に

始めのように今もいつも

世々に。アーメン。

(アンティフォナ) 主の日々は豊かな平和に恵まれ、主が支配されますように

(アンティフォナ) まことは地から萌えいで 正義は天から注がれます

### 詩編第 85 編

主よ、あなたは御自分の地をお望みになり ヤコブの捕われ人を連れ帰ってくださいました。

御自分の民の罪を赦し 彼らの咎をすべて覆ってくださいました。

怒りをことごとく取り去り 激しい憤りを静められました。

私たちの救いの神よ 私たちのもとにお帰りください。私たちのための苦悩を静めてください。

慈しみとまことは出会い 正義と平和は口づけし

まことは地から萌えいで 正義は天から注がれます。

主は必ず良いものをお与えになり 私たちの地は実りをもたらします。

正義は御前を行き 主の進まれる道を備えます。

栄光は父と子と聖霊に

始めのように 今もいつも

世々に。アーメン。

(アンティフォナ) まことは地から萌えいで 正義は天から注がれます

あなたは人の子らのだれよりも美しく

あなたの唇は優雅に語る

天におられる私たちの父よ、

<以下「主の祈り」を沈黙のうちに唱える:

み名が聖とされますように。み国が来ますように。みこころが天に行われるとおり地にも行われますように。私たちの日ごとの糧を今日もお与えください。私たちの罪をおゆるしてください。私たちが人をゆるします。>

私たちが誘惑におちいらせず

R. Sed libera nos a malo.

Ipsius pietas et misericordia nos adiuvet, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

**座** Iube Domine, benedicere

Deus Pater omnipotens sit nobis propitius et clemens. Amen.

#### Lectio 4

Sermo sancti Leonis Papae.

Salvator noster, dilectissimi, hodie natus est: gaudeamus. Neque enim fas est locum esse tristitiae, ubi natalis est vitae: quae consumpto mortalitatis timore, nobis ingerit de promissa aeternitate laetitiam. Nemo ab huius alacritatis participatione discernitur. Una cunctis laetitiae communis est ratio: quia Dominus noster peccati mortisque destructor, sicut nullum a reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit. Dei namque Filius secundum plenitudinem temporis, quam divini consilii inscrutabilis altitudo disposuit, reconciliandam auctori suo naturam generis assumpsit humani, ut inventor mortis diabolus, per ipsam, quam vicerat, vinceretur.

V. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias.

#### Responsorium 4.

*Tomas Luis de Victoria*

O magnum mysterium, et admirabile sacramentum, ut animalia viderent Dominum natum, iacentem in praeseptio: Beata Virgo, cuius viscera meruerunt portare Dominum Christum.

Iube Domine, benedicere

Christus perpetuae det nobis gaudia vitae.  
Amen.

#### Lectio 5

In quo conflictu pro nobis inito, magno et mirabili aequitatis iure certatum est, dum omnipotens Dominus cum saevissimo hoste

悪からお救いください。

あなたの愛とあわれみが私たちを助けてくださいますよう、父と聖霊とともに世々に生き、支配しておられる御方よ。アーメン。

主よ、祝福をお与えください。

全能の父なる神が、私たちを顧み、恵み深くあってくださいますよう。アーメン。

#### 第4朗読

教皇レオの説教。

親愛なるみなさん、今日私たちの救い主がお生まれになりました。喜びましょう。命が生まれたところに悲しみの居場所はありません。その方は死の恐れを追い払い、永遠の約束をもって、私たちの魂に喜びを注いでくださいました。この喜びを分かち合えない人は誰もいません。誰もが喜んでいいはずです。というのは、誰一人として罪のない人はいないので、罪と死を滅ぼす私たちの主は、すべての人を解放するためにやって来られたのですから。事実神の御子は、計り知ることのできない神の思慮の御計画の 때가満ちて、創造主との和解を実現するため、自ら人性をお取りになりました。そうして、死の発明者である悪魔は、まさにその死によって打ち負かされるのです。

主よ、私たちをあわれんでください。

神に感謝。

#### レスポンソリウム (応唱) 4

(トマス・ルイス・デ・ビクトリア)

ああ 大いなる神秘、賛嘆すべき秘跡よ、主がお生まれになり、飼い葉桶に安らいでおられるのを動物たちが見ていたとは！幸いなおとめ、主キリストをその胎に宿したお方

主よ、祝福をお与えください。

キリストが私たちに永遠のいのちの喜びを与えてくださいますよう。アーメン。

#### 第5朗読

私たちのために戦われたこの戦いは、大いなるものにして不思議なもので、同等の立場で戦われました。つまり、全能の主が、この恐ろしい敵に対

non in sua maiestate, sed in nostra congregitur  
humilitate: obiiciens ei eamdem formam,  
eamdemque naturam, mortalitatis quidem  
nostrae participem, sed peccati totius expertem.  
Virgo regia Davidicae stirpis eligitur, quae  
sacro gravidanda foetu, divinam humanamque  
prolem prius conciperet mente, quam corpore.  
Et ne superni ignara consilii ad inusitatos paveret  
affatus, quod in ea operandum erat a Spiritu  
Sancto, colloquio discit angelico: nec damnum  
credit pudoris, Dei Genitrix mox futura.  
V. Tu autem Domine miserere nobis.  
R. Deo gratias.

### Responsorium 5.

R. Beata Dei Genitrix Maria, cuius viscera intacta  
permanent:\* Hodie genuit Salvatorem saeculi.  
V. Beata, quae credidit: quoniam perfecta sunt  
omnia, quae dicta sunt ei a Domino. R. Hodie  
genuit Salvatorem saeculi.

Iube Domine, benedicere  
Ignem sui amoris accendat Deus in cordibus  
nostris. Amen.

### Lectio 6

Agamus ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri,  
per Filium eius in Spiritu Sancto: qui propter  
multam caritatem suam, qua dilexit nos,  
misertus est nostri: et cum essemus mortui  
peccatis, convivificavit nos Christo, ut essemus  
in ipso nova creatura, novumque figmentum.  
Deponamus ergo veterem hominem cum actibus  
suis: et adepti participationem generationis  
Christi, carnis renuntiamus operibus.  
V. Tu autem Domine miserere nobis.  
R. Deo gratias.

### Responsorium 6.

*Anonymus (Medici Codex, 16. c)*

Sancta et immaculata virginitas, quibus te  
laudibus efferam nescio: Quia quem coeli capere  
non poterant, tuo gremio contulisti.

してその威厳をもってしてではなく、私たちと同じ死せる体をもって戦われたのでした。私たちの形、私たちの人性、そして死すべき性まで同じくしながら、ただ、罪だけは全く別でした。王の血筋を引く一人のおとめが選ばれました。神聖なる母と定められたこの方は、神なる御方をご自分の体より前に、心の内に宿されました。ただ、天の計画を知らないためこの驚くべき知らせを聞いて心を乱さないよう、まず天の使いから、聖霊が行われることについて知らされ、そして神の御母となられ御自身の純潔は傷つかないと信じました。主よ、私たちをあわれんでください。神に感謝。

### レスポンソリウム (応唱) 5

幸いなるかな、神の産みの親マリア、その御胎は清いまま保たれました。今日世の救い主をお産みになりました。(節) 信じたものは幸い、なぜなら主から語られたことはすべて完全だからです。(リフレイン) 今日世の救い主をお産みになりました。

主よ、祝福をお与えください。  
神が愛の炎を私たちの心に灯してくださいませよう。アーメン。

### 第6朗読

そこで、親愛なるみなさん、父なる神の御子によって、聖霊のうちにあって感謝をささげましょう。神は私たちを愛する大いなる愛ゆえに、私たちをあわれみ、罪によって死んでいた私たちを、キリストによって生かして、キリストにあって新しい被造物、新しい姿にしてくださいました。そこで私たちは古い人をその業とともにぬぎすてて、キリストに勝ちとられたものとして御降誕に加わり、肉の業をすてましょう。主よ、私たちをあわれんでください。神に感謝。

### レスポンソリウム (応唱) 6

(作曲者不詳 16世紀メディチ写本)

聖なる、穢れのない処女性、どんな歌であなたをたたえるべきか、そのすべを知らぬほど。天ですら捉えることのできない御方をあなたの胎は宿したのですから。

### In III. Nocturno

### 第三夜課

Ant. Ipse invocabit \* me, alleluia: Pater meus es tu, alleluia.

#### Psalmus 88

1 Misericordias Domini \* in aeternum cantabo.  
2 In generationem et generationem \* annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

3 Quoniam dixisti: In aeternum misericordia aedificabitur in caelis: \* praeparabitur veritas tua in eis.

4 Disposui testamentum electis meis, iuravi David, servo meo: \* Usque in aeternum praeparabo semen tuum.

5 Et aedificabo in generationem et generationem \* sedem tuam. <.....>

20 Inveni David, servum meum: \* oleo sancto meo unxi eum.

21 Manus enim mea auxiliabitur ei: \* et brachium meum confortabit eum.

22 Nihil proficiet inimicus in eo, \* et filius iniquitatis non apponet nocere ei.

23 Et concidam a facie ipsius inimicos eius: \* et odientes eum in fugam convertam.

24 Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso: \* et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

25 Et ponam in mari manum eius: \* et in fluminibus dexteram eius.

26 Ipse invocabit me: Pater meus es tu: \* Deus meus, et susceptor salutis meae.

27 Et ego primogenitum ponam illum \* excelsum prae regibus terrae.

28 In aeternum servabo illi misericordiam meam: \* et testamentum meum fidele ipsi.

29 Et ponam in saeculum saeculi semen eius:

**立** \* et thronum eius sicut dies caeli. <.....>

**礼** 52 Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.

**起** 53 Sicut erat in principio, et nunc, et semper,

**座** \* et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Ipse invocabit \* me, alleluia: Pater meus es tu, alleluia

Ant. Laetantur caeli, et exsultet terra ante faciem Domini, quoniam venit

(アンティフォナ) 彼は私に呼びかけるであろう、アレルヤ。あなたは私の父、アレルヤ。

#### 詩編第 89 編

主の慈しみをとこしえに私は歌います。

私の口は代々に

あなたのまことを告げ知らせます。

私は申します。「天にはとこしえに慈しみが備えられ あなたのまことがそこに立てられますように。」

「私が選んだ者と私は契約を結び 私の僕ダビデに誓った あなたの子孫を

とこしえに立て

あなたの王座を代々に備える、と。」

<省略>

私は私の僕ダビデを見だし 彼に聖なる油を注いだ。

私の手は彼を固く支え 私の腕は彼に勇気を与えるであろう。

敵は彼を欺きえず 不正な者が彼を低くすることは無い。

私は彼の前で彼を苦しめる者を滅ぼし 彼を憎む者を倒す。

私の真実と慈しみは彼と共にあり 私の名によって彼の角は高く上がる。

私は彼の手を海にまで届かせ 彼の右の手を大河にまで届かせる。

彼は私に呼びかけるであろう あなたは私の父 私の神、救いの岩、と。

私は彼を長子とし 地の諸王の中で最も高い位に就ける。

とこしえの慈しみを彼に約束し 私の契約を彼に対して確かに守る。

私は彼の子孫を永遠に支え 彼の王座を天の続く限り支える。<省略>

栄光は父と子と聖霊に

始めのように 今もいつも

世々に。アーメン。

(アンティフォナ) 彼は私に呼びかけるであろう、アレルヤ。あなたは私の父、アレルヤ。

(アンティフォナ) 天よ、喜び祝え、地よ、主の御前に喜び躍れ 主は来られる

[Psalmus 95]

1 Cantate Domino canticum novum: \* cantate Domino, omnis terra.  
2 Cantate Domino, et benedicite nomini eius: \* annuntiate de die in diem salutare eius.  
3 Annuntiate inter gentes gloriam eius, \* in omnibus populis mirabilia eius.  
4 Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis: \* terribilis est super omnes deos.  
11 Laetentur caeli, et exsultet terra: commoveatur mare, et plenitudo eius: \* gaudebunt campi, et omnia quae in eis sunt.  
12 Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit: \* quoniam venit iudicare terram.  
13 Iudicabit orbem terrae in aequitate, \* et populos in veritate sua.  
14 Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.  
15 Sicut erat in principio, et nunc, et semper, \* et in saecula saeculorum. Amen.  
Ant. Laetantur caeli, \* et exsultet terra ante faciem Domini, quoniam venit

Ant. Notum fecit \* Dominus, alleluia, salutare suum, alleluia

[Psalmus 97]

1 Cantate Domino canticum novum: \* quia mirabilia fecit.  
2 Salvavit sibi dextera eius: \* et brachium sanctum eius.  
3 Notum fecit Dominus salutare suum: \* in conspectu gentium revelavit iustitiam suam.  
4 Recordatus est misericordiae suae, \* et veritatis suae domui Israël.  
5 Viderunt omnes termini terrae \* salutare Dei nostri.  
6 Iubilare Deo, omnis terra: \* cantate, et exsultate, et psallite.  
7 Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi: \* in tubis ductilibus, et voce tubae corneae.  
8 Iubilare in conspectu regis Domini: \* moveatur mare, et plenitudo eius: orbis terrarum, et qui habitant in eo.

詩編第 96 編

新しい歌を主に向かって歌え。全地よ、主に向かって歌え。  
主に向かって歌い、御名をたたえよ。日から日へ、御救いの良い知らせを告げよ。  
国々に主の栄光を語り伝えよ諸国の民にその驚くべき御業を。  
大いなる主、大いに賛美される主 神々を超えて、最も畏るべき方。  
天よ、喜び祝え、地よ、喜び躍れ 海とそこに満ちるものよ、とどろけ 野とそこにあるすべてのものよ、  
喜び勇め森の木々よ、共に喜び歌え。  
主を迎えて。主は来られる、地を裁くために来られる。  
主は世界を正しく裁き真実をもって諸国の民を裁かれる。  
栄光は父と子と聖霊に  
始めのように 今もいつも  
世々に。アーメン。  
(アンティフォナ) 天よ、喜び祝え、地よ、主の御前に喜び躍れ 主は来られる

(アンティフォナ) 主は示された、アレルヤ、主の救いを、アレルヤ

詩編第 98 編

新しい歌を主に向かって歌え。主は驚くべき御業を成し遂げられた。  
右の御手、聖なる御腕によって主は救いの御業を果たされた。  
主は救いを示し恵みの御業を  
諸国の民の目に現し  
イスラエルの家に対する慈しみとまことを御心に留められた。  
地の果てまですべての人は私たちの神の救いの御業を見た。  
全地よ、主に向かって喜びの叫びをあげよ。歓声をあげ、喜び歌い、ほめ歌え。  
琴に合わせてほめ歌え琴に合わせて、楽の音に合わせて。ラッパを吹き、  
角笛を響かせて  
王なる主の御前に喜びの叫びをあげよ。とどろけ、海とそこに満ちるもの世界とそこに住むものよ。

9 Flumina plaudent manu, simul montes  
exsultabunt a conspectu Domini: \* quoniam  
venit iudicare terram.

10 Iudicabit orbem terrarum in iustitia,

**立**\* et populos in aequitate.

**礼**11 Gloria Patri, et Filio, \* et Spiritui Sancto.

**起**12 Sicut erat in principio, et nunc, et semper,

**座**\* et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Notum fecit \* Dominus, alleluia, salutare  
suum, alleluia

**立**V. Ipse invocabit me, alleluia.

R. Pater meus es tu, alleluia.

Pater noster,

<qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum:  
adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in  
caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da  
nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et  
nos dimittimus debitoribus nostris:>

V. Et ne nos inducas in tentationem:

R. Sed libera nos a malo.

A vinculis peccatorum nostrorum absolvat nos  
omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Iube Domine, benedicere

Evangelica lectio sit nobis salus et protectio.

Amen.

### Lectio 7

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: Exiit edictum a Caesare Augusto,  
ut describeretur universus orbis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papae.

Quia largiente Domino, Missarum solemnities ter  
hodie celebraturi sumus, loqui diu de evangelica  
lectione non possumus: sed nos aliquid vel  
breviter dicere, Redemptoris nostri Nativitas  
ipsa compellit. Quid est enim, quod nascituro  
Domino mundus describitur, nisi hoc, quod  
aperte monstratur, quia ille apparebat in carne,  
qui electos suos adscriberet in aeternitate?

Quo contra de reprobis per prophetam dicitur:  
Deleantur de libro viventium, et cum iustis non  
scribantur.

潮よ、手を打ち鳴らし山々よ、  
共に喜び歌え。主は来られる、  
地を裁くために。

主は世界を正しく裁き諸国の民を  
公平に裁かれる。

栄光は父と子と聖霊に

始めのように

今もいつも世々に。アーメン。

(アンティフォナ) 主は示された、アレルヤ、主の救いを、  
アレルヤ

彼は私に呼びかけるであろう、アレルヤ。

あなたは私の父、アレルヤ。

天におられる私たちの父よ、

<以下「主の祈り」を沈黙のうちに唱える:

み名が聖とされますように。み国が来ますように。みこころが  
天に行われるとおり地にも行われますように。私たちの日ごと  
の糧を今日もお与えください。私たちの罪をおゆるしてください。  
私たちも人をゆるします。>

私たちが誘惑におちいらせず

悪からお救いください。

全能であわれみ深い主が私たちが罪の枷から解き  
放ってくださいますよう。アーメン。

主よ、祝福をお与えください。

福音の朗読が私たちに救い、また支えとなります  
よう。アーメン。

### 第7朗読

ルカによる聖福音の朗読。

そのころ、皇帝アウグストゥスから全領土の住民  
に、登録をせよとの勅令が出た。等々。

教皇グレゴリウスの説教。

今日は主の御寛大さにあずかり、荘厳ミサを三回  
ささげますので、福音について長くは話せません。  
けれども救い主の御降誕なのですから手短かに  
でも語らないわけにはいきません。主の御降誕にあ  
たって、どうしてこの人口調査が行われたのでしょ  
うか。それはこの御方が、選ばれた人々を永遠の  
世界に登録するために、人として現れたことを示  
すためではないでしょうか。これに対して予言者  
はしりぞけられた人々についてこう言っています。  
「かれらは生きる人々の書物から名をけずられる、  
その名は正しい人々と共に記されない。」



V. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias.

### Responsorium 7.

R. Beata viscera Mariae Virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium: et beata ubera, quae lactaverunt Christum Dominum:\* Qui hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est. V. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite Gentes, et adorete Dominum. R. Qui hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est.

Iube Domine, benedicere

Per Evangelica dicta deleantur nostra relictia.

Amen.

### Lectio 8

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: Pastores loquebantur ad invicem:

Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Videte Ecclesiae surgentis exordium. Christus nascitur, et pastores vigilare coeperunt: qui Gentium greges, pecudum modo ante viventes, in caulam Domini congregarent, ne quos spiritalium bestiarum, per offusas noctium tenebras paterentur incursus. Et bene pastores vigilant, quos bonus pastor informat. Grex igitur populus, nox saeculum, pastores sunt sacerdotes.

V. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias.

### Responsorium 8.

R. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: \* Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.

V. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.

R. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.

主よ、私たちをあわれんでください。

神に感謝。

### レスポンソリウム 7 (応唱)

幸いなるかな、おとめマリアの御胎、そこには永遠の父の御子が担われました。そして主キリストに乳を授けた乳房は幸い、今日世の救いのために主はおとめから生まれてくださったのですから。(節) 聖なる日が私たちを照らす。民よ、来て、主を拝みなさい。(リフレイン) 今日世の救いのために主はおとめから生まれてくださったのですから。

主よ、祝福をお与えください。

語られた福音によって、私たちの過ちが消し去られますよう。アーメン。

### 第 8 朗読

ルカによる聖福音の朗読。

そのころ、羊飼いたちは、「さあ、ベツレヘムへ行こう。主が知らせてくださったその出来事を見ようではないか」と話し合った。

等々。

司教聖アンブロジウスの説教。

初代教会の始めをごらんください。キリストがお生まれになると、すぐに牧者たちは目覚め始めました。牧者たちは今までただの動物のように生きていた諸国の人々を主の群に集め、夜の闇に包まれて、霊的な動物が襲いかかるのから守ったのです。ひとりのよき牧者に教えられて、牧者たちが目覚めるのはよいことです。群は人々、夜は世界、牧者たちは司祭のことです。

主よ、私たちをあわれんでください。

神に感謝。

### レスポンソリウム 8 (応唱)

言(ことば)は肉となって、私たちの間に宿られた。私たちはその栄光を見た。それは父の独り子としての栄光であって、恵みと真理とに満ちていた。

(節) 万物は言によって成った。成ったもので、言によらずに成ったものは何一つなかった。

(リフレイン) 私たちはその栄光を見た。それは父の独り子としての栄光であって、恵みと真理とに満ちていた。

Iube Domine, benedicere  
Verba Sancti Evangelii, doceat nos Christus Filius  
Dei. Amen.

## Lectio 9

Lectio sancti Evangelii secundum Ioannem.  
In principio erat Verbum, et Verbum erat apud  
Deum, et Deus erat Verbum. Et reliqua.  
Homilia sancti Augustini Episcopi.  
Ne vile aliquid putares quale consuevisti cogitare,  
cum verba humana soleres audire, audi quid  
cogites. Deus erat Verbum. Exeat nunc nescio  
quis infidelis Arianus, et dicat, quia Verbum Dei  
factum est. Quomodo potest fieri, ut Verbum  
Dei factum sit, quando Deus per Verbum fecit  
omnia? Si et Verbum Dei ipsum factum est; per  
quod aliud verbum factum est? Si hoc dicis, quia  
hoc est verbum Verbi, per quod factum est illud:  
ipsum dico ego unicum Filium Dei.  
V. Tu autem Domine miserere nobis.  
R. Deo gratias.

立

## Te Deum

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur.  
Te aeternum Patrem, omnis terra veneratur.  
Tibi omnes angeli, tibi Caeli et universae  
Potestates:  
Tibi Cherubim et Seraphim incessabili voce  
proclamant:  
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus  
Sabaoth.  
Pleni sunt caeli et terra maiestatis gloriae tuae.  
Te gloriosus Apostolorum chorus,  
Te Prophetarum laudabilis numerus,  
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.  
Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia:  
Patrem immensae maiestatis;  
Venerandum tuum verum et unicum Filium;  
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.  
Tu Rex gloriae, Christe.  
Tu Patris sempiternus es Filius.  
Tu, ad liberandum suscepturus hominem,  
non horruisti Virginis uterum.

主よ、祝福をお与えください。  
聖福音の言葉によって、神の御子キリストが私た  
ちを教えてくださいますよう。アーメン。

## 第9朗読

ヨハネによる聖福音の朗読。  
初めに言(ことば)があった。言は神と共にあった。  
言は神であった。等々。  
司教聖アウグスティヌスの説教。  
みなさんが「言は神であった」と聞く時に、平凡  
に人間的な言葉と同じように考えてはいけません。  
ここに一人の不信仰のアリアン派の人が来て、神  
の言は創られたのだと言ったとします。神は言に  
よってすべてをお創りになったのですから、神の  
言が創られたということがどうしてあり得るでしょ  
うか。もし言も創られたのなら、他のどの言葉よ  
って言は創られたのでしょうか。あなたが言はその  
言葉によって創られたと言うなら、私はそれこそ  
神の御一人子であるといひましょう。  
主よ、私たちをあわれんでください。  
神に感謝。

## テ・デウム

神であるあなたを私たちはたたえ、あなたを主と  
告白します。永遠の父であるあなたを全地はあが  
めます。あなたに向かって、あらゆる天使が、天  
とすべて力ある者が  
あなたに向かって、ケルビムとセラフィムがたえ  
まなく声高らかに叫びます。  
「聖なるかな、聖なるかな、聖なるかな  
万軍の神なる主。天も地もあなたの栄光の威厳に  
満ちています」と。  
栄光ある使徒の集いはあなたを  
ほむべき預言者の群れはあなたを  
白い衣を着た殉教者たちはあなたをほめたたえます。  
世界中であなたを聖なる教会は賛美します  
計り知れない威厳の御父  
尊ぶべきあなたのただ一人の真の御子  
そして慰め主である聖霊であると。  
あなたこそ栄光の王キリスト。  
あなたこそ御父の永遠の御子です。  
あなたは世を救うために人となろうとして  
おとめの胎内をも恐れませんでした。

Tu, devicto mortis aculeo,  
aperuisti credentibus regna caelorum.  
Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.  
Iudex crederis esse venturus.

Sequens versus dicitur flexis genibus

**跪** Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos  
pretioso sanguine redemisti.

**起** Aeterna fac cum Sanctis tuis in gloria numerari.  
Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic  
hereditati tuae.

Et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.  
Per singulos dies benedicimus te;  
Et laudamus nomen tuum in saeculum, et in  
saeculum saeculi.

Dignare, Domine, die isto sine peccato nos  
custodire.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri.  
Fiat misericordia tua, Domine, super nos,  
quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi: non confundar in  
aeternum.

### Oratio

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Concede, quaesumus omnipotens Deus:  
ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas  
liberet; quos sub peccati iugo vetusta servitus  
tenet. Per eundem Dominum nostrum Iesum  
Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat  
in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia  
saecula saeculorum.

R. Amen.

### Conclusio

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Benedicamus Domino.

あなたは死のとげに打ち勝ち  
使徒のために天の王国を開いてくださいました。  
あなたこそは神の右に座して御父の栄光のうちに  
審判者としていつか来られると信じられています。  
だから私たちはあなたにお願いします、  
尊い血であがなわれたあなたの僕を助けに来てく  
ださい。永遠の栄光のうちに、その僕たちがあな  
たの聖人たちとともに列せられますように。主よ、  
あなたの民をお救いください。そしてあなたの世  
継ぎたちを祝福してください。  
そして彼らを治め永遠にいたるまで彼らを高めて  
ください。来る日ごとに私たちはあなたをほめた  
たえます。そしてあなたの御名をいつの世までも  
世々限りなく賛美します。  
主よ、今日、私たちを守り罪を犯さないようにし  
てください。  
私たちを憐れんでください、主よ、私たちを憐れ  
んでください。あなたの憐れみを私たちの上にお  
いてください、主よ、私たちがあなたに望みをお  
いたように。主よ、あなたに私は寄り頼みました。  
だから私を永遠に迷わせないでください。

### 祈祷

主は皆さんとともに

またあなたの霊とともに

祈りましょう。全能の神よ、あなたの御ひとり子  
の肉による新たな御降誕によって、古くからの隷  
属によって罪のくびきのもとにとどめられていた  
私たちが、解放されますようお願い申し上げます。  
あなたと聖霊とともに世々に生き支配してお  
られる神、あなたの御子、私たちの主イエス・キ  
リストによって。


アーメン。

### 終祭

主は皆さんとともに。

またあなたの霊とともに。

主をほめたたえよう。



神に感謝。

座 Motet: Puer natus est (*Jean Mouton*)

I.

Puer natus est nobis,  
et filius datus est nobis:  
Gloria in excelsis Deo.  
Et in terra pax hominibus bonae voluntatis.  
Verbum caro factum est,  
et habitavit in nobis.  
Noe, noe, alleluia, alleluia.

II.

Angelus ad pastores ait :  
annuntio vobis gaudium magnum.  
Hodie natus est Salvator mundi, alleluia.  
Magnum nomen Domini Emmanuel,  
quod annunciatum est per Gabriel.  
Hodie apparuit in Israel,  
per Mariam Virginem et per Joseph.  
Noe, noe, alleluia, alleluia.

モテット「幼子が生まれた」(ジャン・ムトン)

(第1部)

幼子が私たちのために生まれ、  
男の子が私たちに与えられた。  
天のいと高きところには神に栄光、  
地には善意の人に平和あれ。  
言葉は肉となり、  
私たちのうちに住まわれた。  
ノエ、ノエ、アレルヤ、アレルヤ。

(第2部)

天使が羊飼いに言った、  
「あなたたちに大きな喜びを告げます。  
今日世の救い主がお生まれになりました」アレルヤ。  
大いなる主の名はインマヌエル、  
ガブリエルによって告げられた名。  
きょうその方はイスラエルに現れた、  
おとめマリアとヨゼフによって。  
ノエ、ノエ、アレルヤ、アレルヤ。

司式司祭：  
西脇純神父（神言会・南山大学）

聖歌隊：  
聖母兄弟団  
フォンス・フローリス古楽院  
F F 古楽道場

聖歌隊指揮・歌唱指導：  
花井哲郎

主催：  
聖母兄弟団 フォンス・フローリス古楽院

\* 聖母兄弟団 次の御ミサのお知らせ \*

年間第5主日のミサ  
2013年2月10日（日）19:00より  
女子パウロ会聖堂にて

（東京都港区赤坂 8-12-42 地下鉄千代田線乃木坂駅下車3分）

\* 第2ヴァチカン公会議の精神に則り、『ローマミサ典礼書』（Editio typica tertia 2002年版）に準拠したミサです。

\* ラテン語によるグレゴリオ聖歌（通常唱、固有唱とも）を中心に、朗読などに日本語も交えた形で行います。

\* 協力・司式司祭 西脇純神父（神言会・南山大学）

\* 聖母兄弟団は、グレゴリオ聖歌によるラテン語の歌ミサを御捧げすることを目的とした男声による聖歌隊です。

聖歌の練習を通して祈りの心を深め、年に数回、教会暦の主要な祝祭日や年間の主日に奉唱しています。